



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

8. Quae forma servanda in publicatione eorum, quae testes produxerunt?  
an eâ peractâ alij testes adduci queant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

terius verò testium reprobatio permiffa non est, juxta vetus & vulgatum, testes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licere, sed non reprobatorios reprobatoriorum. *cap. dilect. h. t.* ne ita litigatores in viciffitudine probationum & reprobationum in infinitum progrediantur, ac lites protrahant.

8. His ita peractis litigantes in fua præfentia constitutos interrogabit, an plures testes producere velint: & fi dixerint fe velle, audientur. *cap. veniffe: 28. h. t.* admit- tiq; debet fecunda & tertia productio, non autem quarta *cap. in causa 15. h. t.* nisi quartò producere petens juret fe petere non dolo, sed quia eorum, quos nũc pro- ducere intēdit, copiam prius habere non potuerit. *cap. ultra pen. h. t.* quia effrænata multitudo testium à Judice refrænanda est. *cap. significaverunt 36. h. t.* unde etiam multitudo testium 40. numerum super iisdem articulis excedere non potest. *cap. causam. 3. 6. h. t.* Si verò negaverint fe velle plures testes producere, & ulteriori pro- ductioni renunciaverint petentib<sup>9</sup> utrin- que litigatoribus, vel altero absente, ci-

tato tamen & contumace, Judex testium dicta, & attestations publicabit, interloquendo hoc vel simili modo. *Dicta testium in hac causa publicamus, eaq; pro publicatis & apertis haberi volumus, facietq; copiam partibus, ut eas examinare possint intra competentem terminum, quatenus pro se contra se faciant cap. in causis 15. h. tit. de* dispicere quid aduersus testes contra se productos scripto postmodum obijcere possint, veluti quod obscure, & confuse deposuerint, ut ex eorū dictis veritas elici non possit. *cap. cum clamor: 53. h. t. ad effectum que obscure dictum pro non dicto habetur. L. de etate. §. nihil interest. ff. de interrog: act. quod item in depositionibus contrarientur, contra iam ad L. 2. ff. de iur: vel quod sint singulares, qui regulariter nihil probant. cap. nihilominus jun: Gl: in qu. 9. vel quod testimonia laborent veritate falsitatis: ac proindè in totum reprobari debeant. Gl: in Can: ad scripturas dist: Porro publicatione attestationum facta nulli alii testes produci queunt, sive eadem, sive in diversa instantia super eadem vel contrariis articulis. Cap: frater*

tatis. 17. h. tit. Covar: pract: q. cap: 16. numer: 6. idque ob metum subornationis testium: quamvis loquendo de publicatione hac, ea non sit de substantia processus secundum communem sent. Gail: lib: 1. observ: 105. num: 5.

9. Sed quid si testes legitimè ad ferendum testimonium citati comparere nolint, vel odio, vel timore, aut alia simili de causa etiam præsentes testificari renuant, an cogi poterunt? Respondeo compelli posse utroq; jure toto h. t. L. si quando. cum Auth. seq: C. de testib: secundum fori qualitatem, idq; vel captis pignoribus, vel multa, vel per censuras. cap. 1. 2. & 5. h. tit. Et quidem in causis non tantùm civilibus cap: 1. 2. 6. & 7. h. t. sed etiam in criminalibus, per cap. pervenit 4. & 5. cap. super his cap. cum contra h. tit: etiamsi si quis in testem vocatus jurâisset se non testificaturum cit: cap. pervenit. quia cum tale juramentum sit contra bonos mores, (quatenus Reipublicæ perniciosum, privati damnosum, si rei veritas occultetur) non est obligatorium, ut constat ex cap: non est obligatorium. de R: I. in 6. DIXI in te-